



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Alba Augia Sueviæ, hoc est, Album pratum, sive ut alii vocant, minor
Augia, vulgo die Minderow: ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

16. *Fridericus Winkelman* ex Neunkirchio natus, obiit anno 1546. cum præfuisset 11. annis, egregia corporis statura præditus, mire robustus, latine mediocriter doctus, egregius Monasterii illustrator & reedificator.

17. *Augustinus Crispus* ex Forchenheimio natus, eligitur anno 1546. Præest adhuc currente hoc Jubilæo.

ALBA AUGIA Suevite, hoc est, Album præatum, sive ut alii vocant, minor Augia, vulgo die *Minderow*: sedes olim piorum aliquot Eremitarum, nunc vero instituti Præmonstratensis magnificum Monasterium propè Ravenspurgum oppidum Imperiale ad Schuffium fluviolum duobus miliaribus inde in Acronium Lacum incidentem, situm: Fundatum est anno Christi 990. aut ut alii volunt (quod de collapsi aliquando Monasterii reparatione potius intelligendum arbitror) an. 1145. à Gebizone de Wysemburg, opulentissimo milite & Equite Aurato, ejusq; sorore Loicarde, Henrici militis ex Afenhusen conjuge. Sic enim habent ejus Cœnobia annales. *Gebwilerus* hunc Gebizonem Habsburgensem Comitem fuisse affirmat, & tres ei filios assignat: Rapatonem conditorem Arcis Ergovianæ Habsburg dictæ, quæ ad veterem Vindonissam, seu propè Bruggum Bernatium oppidum, non procul à confluxu Limagi, Araris, ac Rusæ in sublimi monte sita est. Rudolphum item ac Berengarium Argentinensem Episcopum, quem Argentinenses annales Wernharium secundum appellant, & cujus subsidiis ac sumtibus Habsburgum Ergoviæ Arx extructa & condita est. Erat initio utriusq; sexus Cœnobium, ut cætera ferè Præmonstratensia omnia: sed successu temporis propter vitanda scandala Monialium locus Messenthal dictus ejectis fœminabus, abrogatus & vel everfus vel in alios usus collocatus est. Legitur autem idem Monasterium postea, anno Christi 1282, à Rodolpho Habsburgio Romanorum Imperatore, ejusq; conjuge, Domina Anna Comitissa Hohenburgensi (quæ Basileæ in summo templo quiescit) ita esse auctum ac locupletatum, ut Rudolphus iste secundus fundator, Domina Anna secunda fundatrix Minoris Augiæ

Gebizo Eques Auratus monasterii fundator.

Habsburgum.

Rudolphus Imperator.

Bruckhij

*Chronologia
Monasterii
nra German
S. III*

rator re-
flaurator

giæ perhibeantur. Contulit ad ejusdem ampliationem pluri-
ma Henricus Saxoniae ac Bavariae Dux, Superbus cognomina-
tus, circa annum Christi 1152. Ortolphus nobilis miles de Wy-
fenburg, dedit eidem Augiæ minori prædia quædam anno 1156.
Welpho sextus, nobilis Dux de Altdorff, dedit pagum Vitisho-
fensẽm anno 1180. Habentur pro magnis etiam ejusdem Cœ-
nobii benefactoribus, Welpho septimus, Dux Spoleti & Sardi-
niæ Princeps: Henricus sextus item Rom. Rex anno 1206. Phi-
lippus item Suevorum Dux & Romanorum Rex, qui anno Do-
mini 1197. huic Monasterio Ecclesiam S. Christinæ, Arci Raven-
spurgensi penè contiguam & in apice montis sitam dono dedit.
Hujus Monasterii Præpositi & Abbates à prima fundatione, aut
potius reparatione ad hæc nostra usq; tempora hi recensentur,
Capitulari ejus Cœnobii loco appicti.

- Præpositi
Monaste-
rii Augiæ
minoris.
1. *Hermannus* primus Præpositus eligitur anno Gratiae per
Christum reparatae 1145. Præfuit annis 30. Obiit A. Christi 1175.
 2. *Ortolphus* nobilis miles à Wyfenberg eligitur an. 1175.
Præfuit annis quinq; laudabiliter, & volens gubernationem re-
signat anno 1180.
 3. *Albertus* eligitur anno 1180. Præfuit tribus annis, &
resignat.
 4. *Udalricus de Thann*, ejus familiae quæ nunc Dapifero-
rum à Waldburg est. Eligitur anno Christi 1183. Præfuit an-
nis 8. & resignat. Sub eo fundatur Schuffenrietum.
 5. *Ortolphus* superior ille iterum repetitur ad Præposituræ
gubernationem, anno Christi 1191. cui cum iterum summa cum
laude præfuisset annis duodecim, mortuus est pie in ejus con-
fessione, qui est via ad æternitatem, & vita, salus ac resurre-
ctio nostra.
 6. *Conradus* eligitur anno 1203. Præfuit annis 14. & re-
signavit.
 7. *Udalricus* eligitur año 1217. Præfuit & profuit annis 20.
& resignat.
 8. *Hermannus* eligitur anno 1237. Præfuit 20. annis, &
abdicaavit se volens Magistratu ac Præposituræ gubernatione.
 9. *Hen-*

9. *Henricus* ultimus Præpositus, & primus Abbas (Pontificalia enim ornamenta impetravit à Clemente IV. P. M.) eligitur anno 1257. Præfuit annis novem, & resignat Præposituram. Hunc qui sequuntur, sunt omnes Abbates.

10. *Waltherus* eligitur anno 1266. Præfuit annis 4.

11. *Henricus* eligitur anno 1270. Præfuit novem annis.

12. *Henricus de Anckenrut* eligitur anno 1279. Præfuit 5. annis, & resignat.

13. *Henricus* eligitur anno 1284. Præfuit annis decem.

14. *Rudolphus* eligitur anno 1294. Præfuit tribus annis.

15. *Joannes* eligitur anno 1297. Præfuit annis sex.

16. *Wernberus* eligitur anno 1303. Præfuit annis quinque.

17. *Joannes* eligitur anno Domini 1308. Præfuit annis 42. & monasterio suo diligenti Oeconomiae gubernatione plurimum profuit, idque amplissime ditavit.

18. *Burcardus Holbinus* eligitur anno 1350. Præfuit novem annis.

19. *Henricus* eligitur anno 1359. Præfuit octo annis.

20. *Wernberus Ruth* Constantiensis eligitur anno 1367. Præfuit annis 24.

21. *Rudolphus de Kupferbergo* eligitur anno 1391. Præfuit 5. annis & resignat.

22. *Gerungus Churwaldensis* eligitur anno 1396. Præfuit annis viginti septem, & resignat gubernaculum. Interfuit Constantiensi Synodo.

23. *Joannes Fuchs* ex Martorffo Constantiensis Antistitis oppido natus, eligitur anno 1423. Præfuit utiliter & feliciter annis 47. Habuit duos Germanos fratres, alterum Abbatem Schuffenrietensem, alterum Præpositum Waldseehensem.

24. *Nicolaus Hugelinus* Buchornanus eligitur anno 1470. Præfuit annis 4.

25. *Joannes Sagittarius* ex Alendorffo Baronum Kinsegkenfum oppidulo natus, eligitur anno Christi 1474. Præfuit annis novem.

C

26. Joan-

Burschij

Chronologia
Monasterio
sua Gemma

S. III

26. *Joannes Geslerus* patria Ravenspurgenfis, eligitur anno Domini 1483. Præfuit annis duodecim, & gubernaculum alteri resignavit.

27. *Joannes Villicus* de Umendorffo, eligitur anno 1495. Præfuit annis 28.

28. *Jacobus Murarius* Constantienfis, eligitur anno Christi 1523. Præfuit annis decem, & obiit anno Domini 1533.

29. *Udalricus Ebbippiarius* vir ftatura procerus ex Ravenspurgo natus, eligitur anno 1533. Præfuit ad annum Christi usque 1549. quo gubernationem alteri cuidam Cœnobitæ fuo resignans, ipfe in Imperiale oppidum Buchornenfe conceffit, ubi mediocri penfione contentus reliquum vitæ ocio & quieti impendit, præfidentibus Imperio Romano & Germanico Divis Carolo V. ac Ferdinando fratribus.

30. *Andreas Rietman* patria Ulmenfis fucceffit Ulrico, qui hoc adhuc currente Jubilæo præfidet foeliciter ac uti fui ordinis hominem decet.

*Album
Castrum.*

ALBUM CASTRUM vel Weiffenburgum, Weiffenburg/ Monasterium instituti Benedictini, unum ex Germ. omnibus antiquiffimū ac potentiffimū, una item ex quatuor illis sacri Romani Imperii Abbatii, ducali dignitate conspicuis, Fuldenfis, Campidonenfis, ac Murbacenfis Abbatiarum in hac foelicitate confors ac focia: id inquam ampliffimum Cœnobium in media Alfatia ad montana Vosagi, & in ejusdem nominis Imperiali oppido, ad amnem Lutharum, qui mediam civitatem perfuit, amoeniffimo loco fitum, Spirenfis Diœcefeos, quod alibi Wittenburgum quasi sapientiæ Castrum dicitur, quod nomen Scholæ & Academiæ tali pulchre convenit: Fundatum ac inchoatum legitur anno 623. dotatum verò & auctum anno Christi 664. à Dagoberto potentiffimo Galliarum Rege, cujus filia Domina Irmina, prima fundatrix & Abbatiffa Horrei Treverenfis, in finiftra Weiffenburgenfis fumni templi abside, fublimi & magnifico Mausolæo (in cujus fummitatem Clerus ejus loci circa Parasceves festum corpus Dominicum collocare folet) depofita, ac terræ

*Dagoberti filia
fundatrix.*